Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

De Aduocato, Notario, seu Tabellione, & Procuratore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

**Vide Syl. verſ. appellatio nu.* 10.

14 Appellari poteſt à ſententia Iudicis appellationis.

15 Appellandum intra decem dies poſt ſententiam: non currit autem tempus datum ad proſequendum appellationem, durante partium compoſitione, ſeu conſenſu.

**Sylu. l. c. nu.* 5.

16 Poteſt quiſque appellare pro eo qui ducitur ad ſupplicium.

17 Appellatione pendente, nihil innouandum.

18 Appellatio ſi non poteſt fieri coram Iudice, fiat coram Notario, & vno ſaltem honeſto viro.

De Aduocato, Notario, ſeu Tabellione, & Procuratore.

1 ADuocatus publicus poteſt cogi per Iudicem patrocinari litiganti, accepto competente ſtipendio.

**Vide Fum. verſ. Aduocatus nu.* 10.

2 Tabellio in Foro Eccleſiaſtico poteſt eſſe laicus.

3 Tabellio factus Clericus, aut Religioſus non perdit officium, ipſo iure: interdicitur tamen communiter vſus. *Vide Panor. c. Sicut ſine Cler. vel. Monac. & Fely. in c. cum* I. *& A. de ſent. & re iudicata.*

**Vide Fum. Tabellio* 3. 4.

 4 Tabel-

4 Tabellio, niſi à Principe creatus nō poteſt extra ſuum territoriū inſtrumenta conficere.
*Vide Syl. Tabellio nu. 4.
5 Tenetur Tabellio rogatus conficere inſtrumentum, quia id iurauit.
*Vide Fum. verſ. Notarium, Sylu. Tabellio numer. 5.
6 Tabellionis, cum haberi non poteſt, vicem ſupplent duæ perſonæ honeſtæ.
*Fum. l. c. num. 2.
7 Tenetur Tabellio de damno ex imperitia.
8 Notarius Viſitatoris ſi non eſt de eius familia, nec habet ſalarium ex publico, poteſt aliud accipere à viſitatis, niſi ſtatuo, aut conſuetudine prohibeatur.
*Vide Syl. Viſitatio nu. 5.
9 Procurator in iudicio poteſt eſſe quis ante vigeſimum quintum annum, & in cauſis ſpiritualibus laicus.
10 Procurator non poteſt de quota paciſci.

Iuuenis.

1 IVuenem intelligunt Doctores, cum loquuntur de periculo incontinentiæ, vſq; ad annum quinquageſimum.

Iuramentum.

1 IVramenta non ſunt, In mea fide, In conſcientia, In fide Chriſtiani, In fide Religioſi, In veritate: tantum enim ſignificatur,